

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Walter Vincent Wiese

Observationvm Historico-Ivridicatvm Circa Mvtationes Ivrivm, Ex Lapsv Temporis Ortas Exhibit

**Continuatio Secunda : Ovomodo Circa Commercia Pecvniarvm Nominvmqve,
Tempora Inqve Iis Principia Ivrism Tam Theoretica Qvam Practica Se Mvtarint,
Pavcis Disqvirit ; [Pvblicatvm Svb Sigillo Rectoris Prima Pentecostes Feria 1780.]**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1780]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn87761881X>

Band (Druck)

Freier  Zugang





T. 512.

1780. Pfingsten.

A-1256-419.

17.

J. 1780.

07

QVOMODO
CIRCA COMMERCIA PECVNIIARVM
NOMINVMQVE,
TEMPORA INQVE IIS PRINCIPIA IVRIS
TAM THEORETICA QVAM PRACTICA.
SE MVTARINT,
PAVCIS DISQVIRIT,
ET IN IIS
CONTINVATIONEM SECUNDAM
OBSERVATIONVM HISTORICO - IVRIDICARVM
CIRCA MVTATIONES IVRIVM, EX LAPSV
TEMPORIS ORTAS
EXHIBET,

D V M A D

DIES FESTOS PENTECOSTALES

DEBITA PIETATE CELEBRANDOS

O. O. CIVES ACADEM

EXCITAT

ACADEMIAE RECTOR



WALTER VINCENT WIESE

I. V. D. ET P. P. O.



ROSTOCHII
LITTERIS ADLERIANIS.

M. 1256 419

640000
CICCI GOMMERI A. PECANIKARVM
MONTIVINUM DVB. 17818
SOCIETATIS LIBRARIAE. LIBRARI
LAZARIS DISSEMINATI
CICCI GOMMERI A. PECANIKARVM
MONTIVINUM DVB. 17818
SOCIETATIS LIBRARIAE. LIBRARI
LAZARIS DISSEMINATI
CICCI GOMMERI A. PECANIKARVM
MONTIVINUM DVB. 17818
SOCIETATIS LIBRARIAE. LIBRARI
LAZARIS DISSEMINATI



Quae per instantes nundinas pentecostales, inque eas incidente die solutionis tam sortium quam usurarum, tam pretii pro fundis nominibusque emitis, quam locariorum publico, *Trinitatis Termino* dicto, accidere solent commercia pecuniarum non minumque, mihi mutationes iurum principiorumque tam inter Legislatores quam inter Iureconsultos usitatorum observanti, in mentem reuocarunt mutationem, quae nobis ex antiquo erga haec commercia odio, et ex leniori nunc erga illa affectu, sat quidem constat, ast non ita vniuersaliter obseruatur, ut aut lex aut praxis constans aut opinio communis dici queat, sed in decidendis recentioribus hinc inde obuenientibus litibus se tantum ita exserit, ut praxis inde resultare videatur novissima, communi certe Doctorum suffragio mox pari assumenda modo, quo saniora de magis spectrisque principia, non obstantibus legibus contrariis antiquis, in honorem sanae rationis humanae, ubique tam in cathedra quam in foro sunt recepta. Operae ergo pretium duxi, hanc muta-

❧

mutationem, data nunc occasione, palam facere, easque vestrorum, O. O.
Ciuium honoratissimorum, accuratori subiicere meditationi.

In Republica Romana magnum inter mutuum et fenerationem adfuisse
discrimen, non solum ex *l. 24 ff. de praescr. verb. et l. 33 ff. de reb. cred.*
patet, sed etiam **N O V I V S M A R C E L L I N V S** *Lib. V. n. 70. pag. 731.* his
testatur verbis: *mutuum a fenore hoc distat, quod mutuum sine usuris, fenus cum*
usuris sumitur. Hac ratione mutuum comparabatur deposito et commodato, in
quibus contractibus spes lucri quoque cessabat a parte dantis, et manebat
solum penes accipientem. Favor his negotiis debitus in officio recte funda-
batur humanitatis, accipienti a dante praeslito *a).* Ad quod ut eo magis
cives allicerent Romani, odio e contrario insigni persequebantur fenerato-
res usuras sibi pro mutuo stipulantes, nomine simul odioso: *fenerationis,*
ipsum negotium, et feneratorum, mutuum dantes usurarium appellando,
uti testantur tam **T A C I T U S** in *Lib. VI. annal. c. 16.* quam **L I V I V S**
Lib. 35. c. 7. annuente **A P P I A N O** *de bellis civil. lib. I.* qui simul seditio-
nes bellaque enarrat civilia per feneratores exorta. Ab his temporibus et
ab inopia paratae pecuniae tunc ubique existente derivari quoque licet odium
usurarum in iure Canonico variis exhibitum canonibus capitulisque. Inter
haec maxime eminent *c. 4. 10. et 18. X. de usur. c. 5. D. 47. c. 8. C. 14.*
qu. 4. 5. et 11. ubi inter crimina refertur maiora mutuum usurarium, in
clericis electione et in laicis poena rapinae puniendum. Nec negari potest,
in locis biblicis, *Exod. 22. v. 25. Lev. 25. v. 35. sq. Deut 23. v. 19. Ps.*
15. v. 5. Luc. 6. v. 35. quorun modo adducti canones capitulaque mentio-
nem fecerunt, fenerationem existare prohibitam, uti iam obseruauit **M I C H A E-**
L I S *im Mosaischen Recht, Part. 3. pag. 72. sq.* et in dissert. *de mente ac*
ratione

a) Hanc ob causam et adhuc hodie in ficatione creditorum tribuitur mutuo gra-
non nullis Germaniae prouinciis et ciui-
tuito, vti tam *Lubecae*, quam hic *Rosto-*
ratibus priuilegium praelationis in classi- *chii* testantur statuta amborum locorum.

ratione legis Mosaicae usuras prohibente. Consulto autem dixi *feneratio-*
nem, sed non in sensu juris romani antiqui latiori, sed in stricto illo signifi-
catu, quo plus iusto accipiuntur usurae, quam et adhuc detestandam et ne-
fandam exhibit leges nostrae. Num vere ex eo ad perceptionem iustarum
usurarum et ad acquirendum lucrum, mercatoribus pro varietate temporum
et ex iis sequi solitorum fatorum omnino iustum, argumentari liceat, me-
rito dubito. Non solum vox germanica: *Wucher*, in quatuor locis biblicis
ante citatis reperta, cuicunque persuadet, de feneratione tanquam modo
acquirendi iniusto et illico sermonem mentemque tam Moysi quam Dauidi
esse, sed etiam effatum *Lucae* de commodando absque spe lucri, praeccep-
tum exhibet magis morale quam ciuile absolute obligatorium, in primis
cum alia loca exstant biblica, e. gr. Deut. 23. v. 20. Matth. 25. v. 27. per-
ceptionem usurarum approbantia. Praeterea mores et tempora ab hoc aevo
ita se mutarunt, ut legibus postea positivis ciuilibus permisae sint usurae
modicae, pro diuersitate temporum, negotiorum e: circumstantiarum diuersi-
modo determinatae. Sic ipsemet *IUSTINIANVS* in *I. 26. C. de usur.*
sanciuit: illistribus personis et eas praecedentibus minime licere ultra tertiam
partem centesimae b), usurarum nomine in quocunque contractu vili vel ma-
ximo stipulari. Qui vero ergasteris praesunt, vel aliquam licitem negotia-
tionem gerunt, usque ad besem centesimae, usurarum nomine, in quocunque
contractu suam stipulationem moderari posse. In traeditissimis autem contra-
etibus

b) Centesima nomen valoremque ex 12 Procentum quotannis soluendae essent,
duodecim mensibus anni exinde accepit, si tota centesima exigi posset. Si vero
quod usurae singulis mensibus apud Ro-
manos solui solerent, quia veteres non
in annos, vti hodie apud nos, sed in men-
ses fenerari usurasque soluere obstricti
erant, ex quo computatio euadit, quod
terria tantum pars, vti in textu allegato,
numeranda esset, non plus ultra 4 Pro-
centum euaderet, obseruante GOTHO-
FREDO ad cit. leg. lit. p. et x.

❧

diibus vel specierum fenori dationibus usque ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere, licet ueteribus legibus erat concessum; Caeteros autem omnes homines dimidiam tantummodo centesimae, usurarum nomine, posse stipulari, et eam quantitatem usurarum etiam in omnibus aliis casibus nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem exigi usurae solent. Declarata postmodum est haec sanctio per l. f. c. de usur. rei jud. ita ut centesima usurarum ex iudicati actione ratione sortis tantum, non autem ex aliis contractibus nec ratione usurarum admittenda sit. In debitis ecclesiasticis et in favorem piarum causarum adhuc magis restricta est quantitas usurarum, et quidem ad quartam centesimae, sive usque ad 3 Procentum in Auth. Hoc ius porredum C. de S. S. eccles.

Sicuti haec omnia legibus contenta sunt romanis, ita de usu Germanorum forensi idem testatur de *L V D W I G* in comm. *de differentiis iuris romani et germanici in usuris Lib. 3. Tit. 30. pr.* his verbis: *Ceterum in I. G. forensi, in medio praesertim aeuo, omnes usurae damnatae, sed loco illarum alia nomina efficta, scil. interesse lucri cessantis, vel emitio censum; unde tanta censitarum in I. G. multitudo.* Canonistae etiam nomen eius, quod interest, iam substituerunt usuris in *c. 9. X. de arbitris, c. vn. X. de plus petit. c. 48. X. de sent. excom.* Statuta quorundam locorum hoc odium non usuris ipsis sed nimiae in iis exigendis morae, creditoribus subsequentibus plerumque nocuiae, in eo tribuerunt, vt existente concursu vnius tantum anni usuris par cum sorte tribuant priuilegium, reliquas autem in classem chirographariorum relegent, conf. *Ius Liib. Lib. 3. Tit. 1. art. 2,* quod ius nostrum Rostoch. *Lib. 3. Tit. 1. art. 25.* ad tres annos ratione sortium publico ciuitatis libro insertarum extendit, in reliquis autem ad vnius anni perceptionem reliquit.

Num autem ex *l. 3. C. de usur.* euoluendum sit, quod *BOEHMER* in *introductione in Ius Dig. Lib. 22. Tit. 1. §. 3.* exinde argumentatus est,
quod

quod scilicet de iure romano vsurae in stricti juris negotiis non aliter debantur, nisi promissae sint, ex hac dubito ratione, quod casus in citata *lege 3. C. de usur.* adductus nominatim de mutuo aut fenebri loquatur pecunia, de qua satis constat, usuras non aliter deberi, nisi aut sint promissae, aut debitor in mora deprehendatur, sicuti etiam generalis de usuris adest regula, eas non aliter exigi posse, nisi promissio aut mora obligationem imposuerit c).

Ne autem in utroque casu debitor nimis oneretur a creditore auaro, leges adsunt tam imperiales quam prouinciales et statutariae, feneratorum cupidinem habendi refrenantes, nimiasque usuras poenaliter inhibentes. Inter varias huius caussa existentes leges tam patrias quam exteras eminent Titulus ordinationis politiae Megapolitanae de Anno 1572, cui rubrum est: *Von wechselflichen Contrachten auch Einmahnungen und Zehrungen der Bürgen in den Herbergen d),* vbi quidem sex Procentum usurae siue semiisses

pro

c) HOEPFNER in edit. nouiss. HEL- emiae obligatur ad soluendum totum rei NECCII elem. jur. ciu. sec. ord. instir. pretium. Quodsi non praestat, in mora Lib. 3. §. 1013. obligationem ad soluendas deprehenditur soluendi, usurarum solu-

usuras immediate ex lege quoque derivare voluit, permultasque hoc respiciennes allegauit leges. Quae cum autem casum tantum continent, quo emitor rem et pretium simul possidet, ideoque ad soluendas usuras pretii condemnatur, magis hic casus species est morae, quam quod genus specificum usurarum legalium ex-

inde formandum sit. Nisi enim speciali pacto sibi stipulatus est emitor solutionem

tiae megapolitanae maxime conuenit cum ordinatione politiae Imperii de anno 1577. e re tamen erit, diuersas ibidem enarratas usurariae prauitatis species ipsis LLatoris prudentissimi verbis vernaculis, in memoriam reuocare:

Als uns auch weiter fürkommen, daß manigfaltige Contracte, über die ober- zehlte Auflehnung des Geldes in unsfern standam, statim post traditionem rei Landen, und Verführung desselbigen in fremde

pro iustis licitisque sunt declaratae, ast species velaminum, sub quibus usuraria prauitas obtegi solet, tam distincte sunt detectae, vt fere impossibile sit, vt poena confiscaonis quartae partis fortis, hac lege prouinciali feneratoribus dictata, euitari queat, modo ad notitiam et probationem Fiscalium veniant casus usurariae prauitatis, et ab iis rigide accusentur feneratores. Haec accusatio tamen sicuti etiam poena priuationis quartae partis fortis modo nominata illos tantum tanget feneratores, qui forum aut domicilii aut rei sitae agnoscunt nostrum prouinciale, iuxta verba legis expressa: *da er unter uns gesessen*, quae secunda vice reiterantur: *unter uns gesessen*; ex quo colligi licet, poenam confiscaonis quidem non, omnino tamen annulationis totius contractus usurarii obtinere in feneratore extraneo,

fremde Herrschaften, von etlichen, so Geld Kaufweise anschlagen, vnd viel bö-Geld herein leihen, geübt werden, als her, dann solche Waar immer mag wer't daß etliche eine Summa Geldes ausleiben, seyn, vnd dadurch ein merklichen groß- vnd doch im Kauf- oder Schultbriefe et- sen Wucher, als männiglich wiffent, zu- liche hundert oder tausend Guldens mehr, wenn sie ausgezehlt, setzen lassen, da- durch ihnen mehr dann die gewöhnliche Renten ertragen, verzinst, vnd im Wie- derkauf oder Ablösung, mehr dann ihre Hauptsumme gewesen, empfaben. Des- gleichen etliche seyn sollen, die umb eine kleine Versaumung der Zeit, so sie der Bezahlung zu thun ansetzen, ein über- mässig Interesse fordern, und mit der Hauptsumma steigen, vnd dieselben umb- schlagen.

Item, daß etliche Getreide, Pferde, Tücher vnd dergleichen Waaren an ein-

Item, daß etliche ihr Geld hinweg leihen, vnd nehmen vom Hundert ein nemlichs, vnd muß der Entlehrer ihnen darzu ein merklich Dienst Geld, darumb sie doch zu dienen nicht schuldig seynd, verschreiben, auch solch Dienst-Geld ohne Bezahlung der Hauptsummen nicht aufschreiben, oder aussagen dürfen, oder mügen.

Item, das etliche allein Geld an Müntz hinweg leihen, lassen doch die Verschreibungen auf Gold stellen.

Item,

traneo, licet contractus in patria nostra sit celebratus, et usuraria prauitas accipiendo plus iusto usurarum, hic sit commissa. Quam poenam autem in patria euitaret nostra fenerator extraneus, in suo tamen subiret domicilio germanico, cum *Recess. imper. de 1577. §. 8.* confiscationem quartae partis fortis adeo cuilibet dictitat feneratori, ut dimidia huius poenae in foro domicilii et altera dimidia in foro persoluatur contractus. Immo ex hac lege communi recentiori et post nostram ordinationem politiae lata eruit, legem nostram patriam, specialem quidem sed anteriorem, illi cedere recentiori, adeoque feneratorum etiam extraneum in foris nostris poena confiscationis nominata plecti posse, cuius tamen dimidia ad forum remittenda esset domicilii.

Prout

Item, das etliche ein nemliche Summa selbige Summa länger behalten, so muß Gelds auch vergeblich hinleihen, aber er dem Creditorn etliche Hundert-Taler, dagegen muß der Entlehnner ihnen etwa über die Rente, bar reichen, oder sonst ein großer Wucher, vnd gantz in einem an Korn, Viçtualien, oder andern Wabgeringen Wert zustellen, darin sie ihre ren, eine statliche Verehrung thun.

Hauptsumma, vnd ein grossen Genies Demnach — — — — — wol doppelt, oder dreyfächtig haben vnd so thun wir solche wucherliche Contracten — — — — — biemit gänzlich ver-

Item, etliche leihen ihr Geld mit diesen verbotenen Dingen vnd Paſten Lin- bieten — — — — — vnd wen sie weg, das der Entlehnner zu vier Mer- vor unſer Richtern gebracht werden, sollen sie dieselbige unwürdig, Kraftloß ecken, so sie ihm ernennen, ein nahmhaft- vnd unwürdig erkennen — — — tiges dafür verzinsen, oder Aufgeld ge- Zudem derienige, so solchen wucherlichen geben muß, thut wol etwan mehr dann von Contract üben würde, vns, DA ER VN- Hundert Zwanzig.

Item, etliche leihen ein nahmhaftige Summa Gelds aus, und thut bald des andern oder dritten Ihars die Loskundigung, wil dann der Schuldman, so zur Bezahlung bald nicht kommen kan, die- Theil an seiner Hauptsumm verwircket haben, vnd auff solchen vierten Theil durch uns, DA ER, wie obberührte, VNT ER VNS GESESSEN, gestraft werden sol.

B

Prout autem eiusmodi legibus salubribus prospectum est ac cautum, ne debitores plus aequo onerentur, ita aliis sanctum est legum locis, ut creditores a debitoribus morosis indemnes praestentur, damnumque ipsis resarciantur, solitis debitorum morosorum vexationibus illatum. Id quod interest haec praestatio plerumque nominari solet, ex quo nominatio vulgaris usurarum: *Interessen*, certe orta est, in ipsa Imperii lege, puto recessum deputationis de Anno 1600. §. 139. introducta et approbata. Hoc respectu non solum cessat odium usurarum in iure veteri romano et canonico sparsim obuium, sed e contrario fauor iuris exinde oritur iustus. Quilibet enim iam innatum videtur odium erga morosos debitores, ex quaunque debendi causa obligatio existat, siue ex emulo vendito, siue ex locato conducto, siue ex mandato, siue ex mutuo commodatique, aut ex aliis contractibus. Ordo commerciorum rerumque gerendarum maximopere turbatur per moras vexationesque alias debitorum. Hinc rationes et utilitates publicae saepissime leges perquam duras ferri iussuerunt, moram debitorum mox carcere alioque paratiissimae executionis modo, mox magnis poenis et praeiudiciis coercentes, vti exstat in ordinationibus cambialibus emporiorum, et in statuto nostro Rostochiensi in fauorem peregrinorum sub nomine: *des Gastechts*, a maioribus sapienter promulgato et a nobis firmiter conseruato. Qui his non farent ordinationibus, per condemnationem eius quod interest idem obtinere putant, quo praedicti modi coercendi moram duri spectare videntur. Sed quis ignorat, quantis ambagibus, temporis lapsu et expensis exposita sit probatio eius quod interest? Melius igitur moribus consultur et fidei ciuium poena conuenienti absque multis ambagibus exequenda, quam lenioribus modis viam apperire ad vexandum et insitiam protrahendum.

Deficientibus autem eiusmodi legibus statutisque, malitiam segnitiemque debitorum morosorum coercentibus, nil restat creditoribus innocentibus quam

quam asperam probationis eius quod interest viam ambulare. Solitum in hac probatione fundamentum sunt usurae , quarum aequitatem iam cognovit VLPIANVS in L. 13. §. 20. ff. de act. emt. vend. recteque in usu et fructu rei tradendae rationem aequitatis posuit ; sicuti e contrario PAVLVS in l. 16. §. 1. ff. de usur. et fruct. obligationem ad soluendas usuras tollit, simul ac perceptio fructuum cessat.

Hoc autem posito iuris principio diuidicatu facile erit, quid de praxi recentiori statuendum sit , quae tam legem Anastasianam et anatocismum in plurimis casibus exulare , quam ultra alterum tantum cursum usurarum extendere studet. Quidquid si commercium pecuniarum et cambiorum species in emporiis usitatum , ubi emtiones et venditiones cambiorum tam frequentes sunt , ut proprium verbum italicici idiomatis : *Disconto* , quod germanica vestiuerunt terminatione: *Discontiren*, inuenient, adhuc maior tibi obueniet admiratio super non usum legis Anastasianae et anatocismi. Non negandum quoque est , commercia rerum pecuniarumque ita se successu temporis mutasse, ut non absque stupore insignem, quae olim existit pecuniae inopiae, ex ordinationibus taxae antiquis, et ex legibus usurariis et sumtuariis cognoscere queamus. Tunc temporis ergo salubres omnino fuerunt leges inopiae pecuniarum eodem succurrentes modo, ac ordinationes laudandae sunt, quae frumenti penuriae tempore sterilitatis subueniunt. Quis autem harum legum valorem diutius assumeret, quam inopia pecuniae et frumenti duret? Iuste recteque ergo iam MANZIVS de interpret. leg. Anastas. qu. 6. n. 21. generalem huius legis limitationem adduxit, quod scilicet lex Anastasiana illas tantum damnet cessiones , quae fiunt vel debitoris laceſſandi vel vexandi cauſa , vel improbi lucri et feneris captandi gratia. Cessante igitur animo debitorem laceſſandi et vexandi, et cessante lucro et fenero improbo , cessat ratio legis, hinc lex ipſa *) Huic afferto uno adſenferunt animo THOMASIVS de aequi-

*) In conatu inhiandi alienis fortunis, et debitores laceſſandi primariam legis prohi-

aequitate cerebrina legis Anastasianae, et SCHOEPFER de cessatione legis Anastasianae, ut et STREIT de lege Anastasiana seu de odiosis litium redemptionibus, ac HOMMEL in Rapsodia quaest. obs. 531. n. 1. Hinc obseruante STRYCKIO in cautel. contract. Sect. 4. Cap. 2. §. 13. sqq. exulat haec lex in debitibus liquidis aut venditis, aut in solutum datis, aut in remotiori loco soluendis, aut in quibus debitores cessi consenserunt. Quibus hodie merito addi possunt debita, quae aut difficilis conuentionis et exactioonis sunt, aut concursui creditorum siue materiali siue formaliter immixta reperiuntur. Sic ut enim in his omnibus speciebus ratio legis Anastasianae supra allegata cessat, ita multo magis reipublicae et commercii ciuiuni interest, ut ex non minibus alioquin liquidis, ob circumstantias obstantes autem in promtu com mode non exigendis, parata capi possit pecunia, vobis necessitatibusque saepissime conuenientissima. Haec ratio status tam stringens praebet argumentum in hodierna auri argenteique copia, ut hac duce merito regula pro libera nominum emtione et venditione, non attento pretio, num sit iustum an vile, militare debeat, nisi animus laceſſandi et vexandi debitorem, et capiendo lucrum et fenus improbum doceri queat, qua obiectione autem processus debiti liquidus executiuus non remorari, nec solutio retractari potest, sed demum post praestitam nominis cessi vel venditi satisfactionem, in separato ventilanda est haec exceptio. A prudentissimo hodie Legislatore, Rege Borussiae, haec lex Anastasiana expressis abrogata est verbis sequentibus in Co dice

prohibitiuae rationem posuisse A N A que modo, diuersis personas litigatorum STASIVM Imperatorem, ex ipsis ejus- vexationibus afficere: cum certum sit, dem verbis in l. 22. C. mandat. sequen- pro indubitate obligationibus eos magis, tis tenoris contentis patet: per diuersas quibus antea supperebant, iura sua vin- interpellationes ad nos factas compri- dicare, quam ad alios transferre velle. mus, quosdam alienis rebus fortunisque Per hanc itaque legem iubemus, in poste- inbiaentes, cessiones aliis competentium rum huiusmodi conamen inhiberi. — — actionum in semet exponi properare: hoc — —

dice Fridericiano Machico Part. III. Tit. VI. §. 9. contentis: *Jm übrigen wollen wir die Disposition des Legis Anastasianae, welche zu vielen unnöthigen Weitläufigkeiten Anlaß gegeben, hiedurch gänzlich aufgehoben haben.*

Idem, me iudice, obtinet in anatocismo, de quo tam multas iam adduxerunt exceptiones ZEPPE R de anatocismo n. 16. et sq. et BERLICH Part. 2. Dec. 268. vt fere nulli amplius restent casus regulares, sub prohibitione permanentes. Hos autores HENR. de COCCEII de anatocismo Sect. IV. n. 1. et sqq. refellere quidem studuit, totumque argumentum ex eo desumxit, quod non amplius pro usuris sed pro forte computanda sit obligatio ad soluendum interesse morae, in casibus a Berlichio adductis praestandum, in quo argumento filius eiusdem SAMVEL DE COCCEII in iure controv. Lib. 20. Tit. 1. Quaest. X. patrem fecutus est. Re autem accurate inspecta, quilibet animaduertet, lusum adesse verborum, et logamachiam sapere, si obligationem ipsam non amplius negamus, fundamentum obligationis autem in re aliena, quam in usitato loquendi verbo quaerere volumus. Quidquid ergo obstat l. 28. C. de usur. qua cum conueniunt l. 20. ff. de usur. et l. 26. ff. de condic. indeb. vt et l. 20. C. ex quib. causs. infam. ita vt debitum sub poena infamiae et in totum reprobatum adeo videatur stipulatio et solutio usurarum ab usuris, vt iam solutae eodem condi ci possent modo, ac debitum fideiussorum a muliere vel vxore solutum; calculum tamen adiicere non possum non tam consult. D. MECLENBURG in dis. sub praesidio beati MANTZELII 1760. hic locorum habita, de anatocismo an et quatenus sit prohibitus, ibique allegato COTHMANNO Vol. 1. Resp. 52. n. 150. et sqq. quam ill. QVISTORPIO in Beiträgen Part. 3. pag. 27. quibus praeiuerunt MEVIVS P. 4. Dec. 213. et BOEHMER ad Carpzow. qu. 92. obs. 2. Recte enim hi Doctores famigeratissimi cessationem legum romanarum ante allegatarum ex eo de-



monstrarunt, quod feneratio illicita et usuraria prauitas, cum odio usurarum generali, vnica fuerit prohibitionis ratio, qua in casu substrato et eveniente cessante, et ipsam prohibitionem cessare recte asseruerant. Huic rationi stringenti hanc adhuc addere placet, quod facies commerciorum et pecuniae inopia se ita mutauerit, ut peruersa hodie foret legis prohibitiae applicatio, sub alia commerciorum facie et in maxima rerum angustia latae. Philosophia Romanorum Stoica de mutuo, commodato dando, et deposito accipiendo absque spe lucri, moribus hodiernis ita se quoque mutauit, ut rarissimi accidunt eiusmodi casus, in quorum locum multo magis auri sacra fames, et quae ab hac fame reguntur negotia humana successerunt. Tanto luculentius apparet usus legum abolitus, ex sola Philosophia Romanorum stoica exortarum, hodie autem tanto magis nocuarum, quo certius libero hominum commercio inutile obiceretur impedimentum, si pactum de conuertendis usuris in sortem adhuc diutius pro inualido pronunciaretur, et necessitas imponeretur, usuras hodie soluendi, et cras iterum tanquam nouam sortem in mutuum dandi usurarium e).

Idem apparet ratione usurarum ex mora, de quibus *l. fin. C. de usur. rei iud.* eandem continere videtur prohibitionem. Quum autem in hac ultima lege sermo tantum est de usuris centesimis, quarum iustum ob nimiam quantitatatem Romanis fuit odium; e contrario praestatio eius quod interest, si mora a debitore erat commissa, magno culibet est fauori, sicuti notissimae adsunt iuris regulae, neminem cum damno alterius locupletiorem evadere debere, *l. 206, ff. de reg. iur.*, frustrationem diei nemini prodesse posse,

l. 37.

e) Quantum sit quoque argumentorum *de usur.* legislatoris imperter consenserunt additorum pondus, tutius tamen agit sum et confirmationem; tunc enim omne creditor usuras usurarum sibi stipulans, corruit dubium ex allegatis legibus obtutus usuras in sortem conuertens, ut exstantibus alioquin superstes, et a multis ad consilio BRUNNEMANNI ad *l. 28. C.* hue defensum Doctoribus.

l. 37. D. mandati, et ex re aliena scienter fructus percipientem hos restituere oportere *l. 19. ff. fam. ercise.* et *l. 25. D. de hered. petit.* cum quibus conueniunt *l. 173. ff. de reg. iur.* et *l. 81. ff. de verb. sign.*, quorum textuum ductu sub nuda voce restitutionis fructuum comprehenduntur usurae, et si nihil specialiter de iis additum sit. Neminem autem fugit, damnum omnino creditoris adesse, eumque fructibus pecuniae carere suae, si debitores in solutione usurarum moras impune neglexerent possent; pronti modus adquirendi foret licet non iustus, tamen haud paucis usitatis personis, quae pecunias fenori in eo collocant momento, quo nec usurae nec debita soluent chirographaria. Harum personarum morae et contumaciae nimis indulgeretur, et regulis iuris, quae docent, deceptis non decipientibus succurrendum esse, frustraque eos leges inuocare, qui contra leges peccant, contrauenirentur, si morosis ansa praebetur debitoribus, creditores vexandi suos, et contra leges peccandi, iustum usurarum solutionem praeципientes f).

Has ob causas tam iustitiae, quam aequitati conformem habeo
praxin

f) Usuras morae generales, hinc in mutuo quoque, directe quidem ex ipsis ererule studuit legibus romanis HOPFNER e, *L. II. T. XIV. §. 800. n. II.* Ast allegatae leges, non probant probandum, nec continent obligationem directam ad soluendas morae usuras in omnibus morae casibus, nedum in mutuo usurario. Ad analogiam ergo iuris recurrentum, et quod de restituendis fructibus et de resarciendo eo quod interest, hinc inde dispositum est, ad usuras morae applicandum nobis est, pro defendenda earum iustitia et aequitate. Primaria huius ar-

gumenti fundamenta exhibent *l. 32. §. 2. ff. de usur. et l. 13. §. 20. D. de atl. emt. vend.* vbi expressis sanctum est verbis: *In bona fide contractibus ex mora usurae debentur, — — — — — veniunt autem in hoc iudicium — — — — — usurae pretii post diem traditionis, nam cum re emtoris fruatur, aequissimum est, cum usuras pretii pendere.* Harum legum dispositiones tanto magis ad contractum mutui usurarii applicandae sunt, quo certius est, hunc contractum non tanto nos persequi odio, quanto Romani fecerunt et Canonistae, sicuti etiam apud

nos

praxin recentiorem tam usuras usurarum, quam usuras ultra alterum tantum in casibus insignis debitorum morae creditoribus adiudicantem g).
tum

nos in praxi incognita est distinctio Romanorum inter contractus bonae fidei et uere adhuc moratur. Ne ergo rem et stricti iuris, quin potius apud nos Germanos omnes contractus, tam bona semper celebrantur, aut celebrari debeant fide, ut omnes Romanorum dispositiones circa contractus bonae fidei ad quoscunque applicari possint contractus nostros, adeoque tam in mutuo, quam in aliis contractibus, existente mora debitoris in soluendo, non solum usurae, sed etiam usurae usurarum et ultra alterum tantum praestandae sint. Extra casum morae debitoris autem obtinet, ut iam supra obseruauit dispositio I. 3. C. de usur. secundum quam usurae non praestantur, nisi promissae sint. Contrariari huic legi videtur lex proxime antecedens, quae emtorem aequitatis ratione ad usuras in eum condemnat casum, quo possessio rei venditae emtori est tradita, et pretium venditori non oblatum. Ast res ubique salva est, si modo distinguas inter usuras conuentionales et legales, quarum priores non nisi promissae, posteriores autem et non promissae eodem debentur iure, ac supra ostensum est de usuris ex mora. Nam secundum naturam emtionis emtor in mora soluendi deprehenditur, quando

post traditionem rei emtac premium sol-
manorum simul cum detimento venditoris
possideat emtor, iuste recteque solutio
usurarum ipsi est imposta. Simulac au-
tem aut fidem sibi ad certum tempus ha-
bendam, aut solutionem particularem
sibi stipulatus est emtor, nullaque usura-
rum mentio est facta, non video, ex quo
fundamento ad usuras condemnandus sit
emtor, cum solutionem temporalem aut
particularem sibi ante perfectionem con-
tractus emti venditi stipulatus sit. Ius
nostrum Rostochiense P. 3. T. 1. art. 3.
hoc claris continet verbis: Sind in der
Verschreibung keine Zinsen verabredet,
so dürfen auch keine bezahlet werden, es
wäre dann, daß der Schuldner säumig
worden, als in welchem Falle a tempore
morae Zinsen erleget werden müssen, sie
mögen verabredet seyn oder nicht.

g) Consult. D. MECKLENBURG in diff. alleg. §. XVII. hunc iustitiae et aequitatis casum in eo adhuc uberiorius expo-
suit, ut finxerit sibi, quod saepissime accidere solet, et re vera accedit, quod scilicet creditor de usuris tantummodo vitam degens per moram debitoris in soluendis usuris ad victimum et amictum neces-

Optima de hoc casu argumenta collegit COTHMANN. in Vol. 4. Resp. 41.
 vbi de iuslitia et aequitate perceptionis vsurarum ab vsuris, quae per analogiam
 quadrant ad vsuras vltra alterum tantum, larga commentatus est manu.
 Inter plura ibidem adducta argumenta maxime hodie applicandum est, quod
 de mercatoribus et negotiatoribus exhibuit vir beatus. In his enim obuenit,
 quod iam paullo antea de commercio pecuniario: *Discontiren*, vulgariter
 dicto, commemorauit. In hoc commercii genere, cum quo rigor cambio-
 rum connexus plerumque est, interesse morae saepissime ab uno alteroue
 dependet die. Tanto magis elucet, quahta insit iuslitia in condemnando
 moroso debitore in id, quod creditoris interest decepti, tam ratione in-
 terusurii, quam ratione vsurarum vltra alterum tantum. Maximum huius
 rei momentum continet l. 2. §. 8. ff. de eo quod certo loco, quae ita se habet:
in hanc arbitrariam venit, quod interfuit, et quidem ultra legitimum vsu-
rarum modum, cum qua conueniunt leges supra allegatae, iuslitiā et aequi-
 tatem vsurarum loco eius, quod creditoris ob moram debitoris interest, ex-
 hibentes. Hinc recte ad resarcendos fructus condemnantur morosi debi-
 tores, si vllum ratione anatocismi et vsurarum vltra alterum tantum super-
 fit dubium, quod autem eo magis euanscīt, cum per *Recess. deput.* de
Ao. 1600. §. 139. et Recess. imper. de Ao. 1654. §. 174. expressis verbis
 restitutio eius quod interest, sive interesse a tempore morae, in debitis vsu-
 rariis non permittitur solum, sed etiam praecepitur. Cessat ergo l. 20. C.
ex quib. caus. infam. in qua poena infamiae perceptioni vsurae vsurarum di-
 illo mūbus mūlae. aliozō s. asdōberros vlla zudimro ni oīp. obōz. c̄tata
 necessariis ad incitas sit redactus, cum nescerer creditoris patrimonium, quod
 necessitatī quotidiane aliter consulete autem evitaretur, si praestitis vsuris vsu-
 non potuerit, quam contrahendo aes alic-
 rarum creditor indemnisi seruetur, nec
 num, idque iterum vsuris compensando, debitor cum damno non solum creditoris,
 quo facto intra duodecim circiter annos verum cum toto eiusdem interitu locu-
 tota sors foret consumta, totumque eu-
 pletior reddatur.

C

Etata est, et cessat l. 3. C. de usur. in qua usurae ex mora in mutuo repro-
 batae sunt usurario aut fenebri. Cessant quoque, aut potius nunquam re-
 ceptae fuerunt Nou. 121. et 138. secundum quas usurae ultra alterum tan-
 tum, licet particulariter solutae, sorte absorbent ipsam; quidquid di-
 cant TABOR de altero tanto Part. 2. art. 2. §. 10. et II, ESCHACH
 ad Carpzouium P. 2. C 30. def. 26. n 4. et LEYSER Sp. 248. m. 1.
 quibus cohortem Doctorum aliter sentientium ipse opposuit LEYSER
 c. l. hancque opinionem non aliter defendere potuit, quam per regulam ad-
 modum claudicantem: lex ut dura tamen est seruanda. Optime his in-
 ter alios obuiam iuit de LUDWIG in differ. iur. Rom. et Germ. in usuris
 praecipue ultra alterum tantum differ. XI. n. 7. his verbis: prohibitio iu-
 ris Romani de soluendis usuris ultra sortem in Germania vel nunquam re-
 cepta, vel pridem usu fori abrogata est. Inter recentiores ICTOS HOM-
 MEL in rapsod. quaest. obs. 39. et 49. usuras morae ultra alterum tantum
 seu interesse morae admittit, in quo etiam CARPZOV. in Decis. el. 29.
 consentit, licet in P. 2. Const. 30. defin. 29. adhuc dubitauerit ex ratio-
 ne, quod accessionis nunquam praestanda sit accessio, quae hodie eo ma-
 gis cessat, quo certius cuiilibet constat, pecunias monetasque hodie inter
 merces numerari, quibuscum idem ac cum omnibus aliis rebus tam fungi-
 bilibus quam non fungilibus, tam corporalibus quam incorporalibus, tam
 mobilibus quam immobilibus, tam auro quam argento crudo, cuicunque
 est commercium, hinc interesse morae eodem est praestandum et resarcien-
 dum modo, quo in omnibus aliis contractibus a morosis refundendum est
 debitoribus. Hanc regulam in summis imperii tribunalibus obtinere, ibique
 usuras ultra alterum tantum, in casibus morae decerni, iam obseruauit ill.
 QVISTORP in Beyträgen Part. 2. p. 159. assentientibus ibidem allegatis
 CRAMER Tom. I. obs. 23. §. 6. et obs. 102. et STRUBEN in den Rechtl.
 Bedencken Part. 3. n. 33.

modo

Modo dicta etiam applicanda sunt ad litteras cambiales, quas tam A N A S T A S I V S quam I V S T I N I A N V S plane ignorarunt, et nouum fetus nostri sunt saeculi, commerciorum pecuniarumque copia ita abundantis, ut hodie litteris cambialibus nominibusque exinde resultantibus plus soluatur, quam olim parata vñquam potuit pecunia. Prout ergo species monetarum secundum diuersas rerum circumstantias pretio mox exaltari, mox diminui solet: ita idem in litteris cambialibus et nominibus accidere solet actiuis, ex quo euenit, vt speciale commercii genus ex emtione venditione nominum publicorum sub voce vulgari: *der Aktien-Handels*, exinde ortum sit, vbi legem Anastasiannam et anatocismum allegare idem foret, ac fidem infringere propriam, quod maius adferret damnum, quam incendium, bellum, inundatio, aliaeque calamitates publicae vñquam inferre possent, quippe quae hominum auxilio subleuari possunt, cum e contrario fides in opinione consistit hominum, externis remediiis raro medenda, quoniam homines semel decepti tam similes fugiunt occasiones, quam omnes dehortantur ciues, ne pari decipiantur modo. Contraria exinde hodie nata est ratio status, a Romanorum et Pontificum ratione longe diuersa. Sicuti hi olim omnes appellabant feneratores, eximio conimoti odio, qui cum pecunia monetisque rei habebant: ita hodie speciale adeat mercatorum negotiatorumque genus, quibus vnicum fere cum parata pecunia, cambiis et nominibus est commercium, quiue tanto maiori digni habentur fauore, quanto maius adferunt reipublicae emolummentum in exhibendis necessitate urgente nummis paratis, et in emendis cambiis nominibusque, tempore calamitatum publicarum vilissimi alioquin pretii et vix vendendis.

Vt usuraria prauitas in his angustiis eo certius evitetur, necessitatibusque ciuium eo facilius prospiciatur, erigi solent in emporiis instituta publica sub nomine: *der Bancken*, quae iterum dispesci solent inter *Giro*- siue *Wechsel-Bancken*, et *Lombard* siue *Leihe-Bancken*. Certae his institutis praescribi

Decorative flourish

scribi solent regulae ordinationesque, et certa iis indulgeri solent priuilegia, quorum ductu non solum mutua usuraria contractusque pignoratitii et cessiones nominum caute contrahi, sed etiam prouintissima executione et praelationis iure pecuniae creditae recuperari possunt. Quidquid fides his institutis habita iam effecit, ut schedulae ab ipsis signatae eundem in communi vita habeant valorē vulgarem, quem typis aut litteris exprimi curarunt institorum antisites. Hae schedulae sub voce: *Banco-Noten*, vulgariter vniunt, et in cursu quotidiano, vulgo: *im Cours*, iisdem subiacent valoris mutationibus, quibus omnes subiectae sunt merces, pro multitudine aut emitorum aut venditorum mox majori, mox minori venales pretio. Ob commodam harum schedularum transportationem, custodiam et solutionem, ac ob momentaneam transmutationis cum parata pecunia causam occasionemque, majoris ut plurimum habentur pretii, ac ipsa parata pecunia. Quae sicut omnia Romanis fuerunt incognita, iisque non tanta erat pecuniae affluentia et monetarum diuersitas, quanta hodie obtinet: ita instar mercium apud nos emuntur et venduntur tam ipsae monetae, quam nomina schedulaeque signatae; prout etiam commercia gentium et in iis usitata cambia tantam a Romanorum commerciis eorumque pecunias soluendi modis obtinent diuersitatem, ut a diuersis ad diuersa consequentiam exhiberet, qui Romanorum leges commerciales ad nostra vellet applicare tempora.

Fallor igitur, aut verum indubitatumque appareat, nec legem Anastasiannam, nec anatocismum, nec prohibitionem usuratum ultra alterum tantum in commerciis mercatorum, inque iis visitatis cambiis et nominum emtionibus venditionibusque, aliter locum habere, quam si aut emio nominis facta sit pro vili pretio, debitorem lacefendi causa, aut mutuum contractum sit usurarium, in quo usuraria deprehenditur prauitas, cuius praecaudae causa existant leges usurariae, aut mora creditoris in exigendo probari potest, quae

si

si viginti ultra annos durasset, priuatione usurarum ultra alterum tantum eodem merito punitur modo, quo debitor in id condemnatur, quod per moram in soluendo creditori suo insulit damni. Extra hos casus autem tam ob lucrum in omnibus mercatorum negotiis licitum, quam ob moras a debitoribus neci solitas, ut et ob diuersum nominum cambiorumque valorem, nec pretium attenditur solutum, nec morosus fouetur debitor per legem Anastasianam, per anatocismum et per prohibitionem usurarum ultra alterum tantum. Multo magis praestatione ejus, quod interest ob moram debitoris, praxis nouissima omnia comprehendit, quae ex subtilitate iuris romani et canonici alias prohibita essent. Hinc quoque his exceptionibus ut non potest debitor, penes quem certa pecuniae summa sub arresto seruatur iudiciale, licet arrestum viginti plus annos duraret. Ab usuris usurarum quidem immunis foret eiusmodi debitor, ast ultra alterum tantum eas omnino soluere deberet, cum mora accipendi creditori imputari non posse, quippe per arrestum impeditus est iudiciale, quo minus usuras accipere queat. In mutuis usurariis continuus usurarum cursus nulli obnoxius est dubio. In aliis debitibus e. gr. ex emto vendito, locato conducto etc. maior sub iudice lis foret, mea autem sententia hac determinanda distinctione, num debitor aut protestationem contra usuras interposuerit, aut iudiciale obtulerit pecuniae depositionem, nec ne. In casu priori ab usurarum solutione esset absoluendus, in posteriori autem ad earum praestationem condemnandus foret debitor, qui multa iam ex interusurio luceratur. Quidquid hoc ipsum interusurii cessaret lucrum, simulac aut arrestum praefixa cautione, tanquam solita arresti medicina, resolueretur, aut usurarum depositio iudicialis efflagitaretur, debitor autem in mora perseveraret soluendi, quia tunc accideret, quod de mora debitorum iusta in antedictis est expositum.

Sufficient haec ad excitandam vestram, *cives o. o. honoratissimi*,
 pietatem erga s v m m v m rerum mundanarum MODERATOREM per
 instantes dies festos pentecostales. Sicuti huic N V M I N I DIVINO co-
 piam debemus metallorum et ex iis fabricatarum monetarum, quae in com-
 merciis, nauigationibus et bellis gentium, primum sunt mobile, et quae
 ita distant ab antiquis illis temporibus Romanorum et Germanorum, pecu-
 niae penuria laborantium, ideoque feueras contra vsluras ferentium leges:
 ita et nostrum est, hanc D E I clementiam debitum recipere gratiarum actio-
 nibus, quas non probitate morum solum, sed etiam celebratione die-
 rum in honorem sacrosanctae Trinitatis personarum, Patris, Filii et Spi-
 ritus Sancti festiuorum, publice exhibere fas est et iustum.

PUBLICATVM
 SVB SIGILLO RECTORIS
 PRIMA PENTECOSTES FERIA.

1780.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn87761881X/phys_0025](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87761881X/phys_0025)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn87761881X/phys_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87761881X/phys_0027)

DFG



Modo dicta etiam applicanda sunt ad litteras cambiales, quas tam A
 STASIVS quam IVSTINIANVS plane ignorarunt, et nouum fetus n
 sunt saeculi, commerciorum pecuniarumque copia ita abundantis, ut hodie
 teris cambialibus nominibusque exinde resultantibus plus soluatur, quam
 parata vñquam potuit pecunia. Prout ergo species monetarum secundum
 ueras rerum circumstantias pretio mox exaltari, mox diminui solet: ita ide
 litteris cambialibus et nominibus accidere solet actius, ex quo euenit
 speciale commercii genus ex emtione venditione nominum publicorum
 voce vulgari: *des Actien-Handels*, exinde ortum sit, vbi legem Anast
 nam et anatocismum allegare idem foret, ac fidem infringere propr
 quod maius adferret damnum, quam incendium, bellum, inundatio, a
 que calamitates publicae vñquam inferre possent, quippe quae homini
 auxilio subleuari possunt, cum e contrario fides in opinione consistit he
 minum, externis remediis raro medenda, quoniam homines semel dec
 tam similes fugiunt occasiones, quam omnes dehortantur ciues, ne pari
 plantur modo. Contraria exinde hodie nata est ratio status, a Romano
 et Pontificum ratione longe diuersa. Sicuti hi olim omnes appellabant fa
 ratores, eximio commoti odio, qui cum pecunia monetisque rem habeb
 ita hodie speciale adeat mercatorum negotiatorumque genus, quibus vni
 fere cum parata pecunia, cambiis et nominibus est commercium, qu
 tanto maiori digni habentur fauore, quanto maius adferunt reipublicae e
 lumentum in exhibendis necessitate urgente nummis paratis, et in eius
 cambiis nominibusque, tempore calamitatum publicarum vilissimi alio
 pretii et vix vendendis.

Ut usuraria prauitas in his angustiis eo certius evitetur, necessitatibus
 que ciuium eo facilius propiciatur, erigi solent in emporiis instituta pub
 licis nomine: *der Bancken*, quae iterum dispesci solent inter *Giro-Wechsel-Bancken*, et *Lombard* sive *Leihe-Bancken*. Certae his institutis p

C 2

